

†

**BOLETIN ECLESIASTICO**

DEL

**OBISPADO DE SALAMANCA.**

---

Esta publicacion oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de la Diócesis, saldrá dos veces al mes en los días que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaria de Cámara del Obispado.

---

Aunque en el número anterior de este *Boletin eclesiástico* se insertó ya en español la Carta encíclica de Su Santidad, se repite ahora su insercion en el idioma en que fué escrita original, para que se conserve un documento muy importante y muy digno de figurar en la historia eclesiástica.

*Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis gratiam et communionem cum apostolica Sede habentibus.*

PIUS PAPA IX.

Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Nullis certe verbis explicare possumus, Venerabiles Fratres, quanto solatio, quantæque lætitiæ Nobis fuerit inter maximas Nostras amaritudines singularis ac mira vestra et fidelium, qui Vobis commisi sunt, erga Nos et hanc Apostolicam Sedem fides, pietas et observantia, atque egregius sane in ejusdem Sedis juribus tuendis, et justitiæ causa defendenda

consensus, alacritas, studium et constantia. Etenim ubi primum ex Nostris Encyclicis Litteris die 18 junii superiori anno ad Vos datis, ac deinde ex binis Nostris Consistorialibus Allocutionibus cum summo animi vestri dolore cognovistis gravissima damna, quibus sacræ civilesque res in Italia affligebantur, atque intellexistis nefarios rebellionis motus et ausus contra legitimos ejusdem Italiæ Principes, ac sacrum legitimumque Nostrum et hujus S. Sedis principatum. Vos, Nostris votis curisque statim obsecundantes, nulla interjecta mora, publicas in vestris Diœcesibus preces omni studio indicere properastis. Hinc non solum obsequentissimis æque ac amantissimis vestris Litteris ad Nos datis, verum etiam tum pastoralibus Epistolis, tum aliis religiosis doctisque scriptis in vulgus editis episcopalem vestram vocem cum insigni vestri ordinis ac nominis laude attollentes, ac sanctissimæ nostræ religionis justitiæque causam strenue propugnantes, vehementer detestati estis sacrilega ausa contra civilem Romanæ Ecclesiæ principatum admissa. Atque ipsum principatum constanter tuentes, profiteri et docere gloriati estis, eundem singulari Divinæ illius omnia regentis ac moderantis Providentiæ consilio datum fuisse Romano Pontifici, ut ipse nulli civili potestati unquam subjectus supremum Apostolici ministerii munus sibi ab ipso Christo Domino divinitus commissum plenissima libertate, ac sine ullo impedimento in universum orbem exerceat. Atque Nobis carissimi catholicæ Ecclesiæ filii vestris imbuti doctrinis, vestroque eximio exemplo excitati eosdem sensus Nobis testari summopere certarunt et certant. Namque ex omnibus totius catholici orbis regionibus innumerabiles pene accepimus tum ecclesiasticorum tum laicorum hominum cujusque dignitatis, ordinis, gradus et conditionis Litteras etiam à centenis ca-

tholicorum millibus subscriptas, quibus ipsi filialem suam erga Nos, et hanc Petri Cathedram devotionem ac venerationem luculenter confirmant, et rebellionem, aususque in nonnullis nostris Provinciis admissos vehementer detestantes, Beati Petri patrimonium omnino integrum inviolatumque servandum, atque ab omni injuria defendendum esse contendunt; ex quibus insuper non pauci id ipsum, vulgatis apposite scriptis, docte sapienterque asseruere. Quæ præclaræ vestræ, ad fidelium significationes omni certe laude ac prædicatione decorandæ, et aureis notis in catholicæ Ecclesiæ fastis inscribendæ ita Nos commoverunt, ut non potuerimus non læte exclamare: *Benedictus Deus et Pater Domini Nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur Nos in omni tribulatione nostra.* Nihil enim Nobis inter gravissimas, quibus premimur, angustias gratius, nihil jucundius nihilque optatius esse poterat quam intueri quo concordissimo atque admirabili studio Vos omnes, Venerabiles Fratres, ad hujus S. Sedis jura tutanda animati et incensi estis, et qua egregia voluntate fideles curæ vestræ traditi in idipsum conspirant. Ac per vos ipsi vel facile cogitatione assequi potestis quam vehementer paterna Nostra in Vos, atque in ipsos catholicos benevolentia merito atque optimo jure in dies augeatur.

Dum vero tam mirificum vestrum, et fidelium erga Nos et hanc Sanctam Sedem studium et amor Nostrum lenibat dolorem, nova aliunde tristitiæ accessit causa. Itaque has Vobis scribimus Litteras, ut in tanti momenti re animi Nostri sensus Vobis in primis denuo notissimi sint. Nuper, quemadmodum plures ex Vobis jam noverint, per Parisienses ephemerides, quibus titulus *Moniteur* vulgata fuit Gallorum imperatoris Epistola, qua Nostris respondit Lit-

teris, quibus Imperialem Majestatem Suam omni studio rogavimus, ut validissimo suo patrocínio in Parissiensí Congressu integram et inviolabilem temporalem Nostram et hujus Sanctæ Sedis ditíonem tueri, illamque à nefaria rebellíone vindicare vellet. Hac sua Epístola summus Imperator commemorans quoddam suam consilium paulo ante Nobis propositum de rebellibus Pontificiæ Nostræ ditíonis provinciis Nobis suadet, ut earundem provinciarum possessioni renunciare velimus, cum ei videatur hoc tantum modo præsentí rerum perturbationi posse mederi.

Quisque vestrum, Venerabiles Fratres, optime intelligit, Nos gravissimi officii Nostri memores haud potuisse silere cum hujusmodi epístolam accepimus. Hinc, nulla interposita mora, eidem Imperatori rescribere properavimus, Apostolica animi Nostri libertate clare aperteque declarantes, nullo plane modo Nos posse ejus anuere consilio, proptereaquod *insuperabiles præseferat difficultates ratione habita Nostræ et hujus Sanctæ Sedis Dignitatis, nostrique sacri characteris, atque ejusdem Sedis jurium, quæ non ad alicujus regalis familiæ succesíonem, sed ad omnes catholicos pertinent, ac simul professi sumus non posse per Nos cedi quod nostrum non est, ac plane à Nobis intelligi victoriam, quæ Æmiliæ perduellibus concedi vellet, stimulo futuram indigenis, exterisque aliarum provinciarum perturbatoribus ad eadem patranda, cum cernerent prosperam fortunam quæ rebellibus contingeret.* Atque inter alia eidem Imperatori manifestavimus, *non posse Nos commemoratas Pontificiæ Nostræ ditíonis in Æmilia provincias abdicare, quin solemnía, quibus obstricti sumus, juramenta violemus, quin querelas motusque in reliquis Nostris provinciis excitemus, quin catholicis omnibus injuriam inferamus, quin denique infirme-*

*mus jura non solum Italiæ Principum, qui suis dominiis injuste spoliati fuerunt, verum etiam omnium totius christiani orbis Principum, qui indifferenter videre nequirent perniciosissima quædam induci principia. Neque prætermisimus animadvertere, Majestatem suam haud ignorare per quos homines, quibusque pecuniis, ac præsiidiis recentes rebellionis ausus Bononiæ, Ravennæ, et in aliis civitatibus excitati ac peracti fuerint, dum longe maxima populorum pars motibus illis, quos minime opinabatur, veluti attonita maneret, et ad illos sequendos se nullo modo propensam ostendit.*

El quoniam Serenissimus Imperator illas Provincias à Nobis abdicandas esse censebat ob rebellionis motus ibi identidem excitatos, opportune respondimus hujusmodi argumentum, utpote nimis probans, nihil valere: quandoquidem non dissimiles motus tum in Europæ regionibus, tum alibi persæpe evenerunt; et nemo non videt legitimum exinde capi non posse argumentum ad civiles ditiones imminuendas. Atque haud omisimus eidem Imperatori exponere diversam plane fuisse à postremis suis Litteris primam suam Epistolam ante Italicum bellum ad Nos datam, quæ Nobis consolationem, non afflictionem attulit. Cum autem ex quibusdam imperialis epistolæ per commemoratas ephemerides editæ verbis timendum Nobis esse censuerimus, ne prædictæ Nostræ in Æmilia provinciæ jam essent considerandæ veluti à Pontificia Nostra dititione distractæ, iccirco Majestatem Suam Ecclesiæ nomine rogavimus, ut etiam proprii ipsius Majestatis Suæ boni utilitatisque intuitu efficeret, ut hujusmodi Noster timor plane evanesceret. Ac paterna illa caritate, qua sempiternæ omnium salutis prospicere debemus, in Ipsius mentem revocavimus, ab omnibus districtam aliquando rationem ante Tribunal Christi esse reddendam, et severissimum judi-

eium subeundum, ac propterea cuique enixe curandum ut misericordiæ potius quam justitiæ effectus experiatur.

Hæc pæsertim inter alia summo Gallorum Imperatori respondimus, quæ Vobis, Venerabiles Fratres, significanda esse omnino existimavimus, ut Vos in primis, et universus catholicus orbis magis magisque agnoscat, Nos, Deo auxiliante, pro gravissimi officii Nostri debito omnia impavide corari, nihilque intentatum relinquere, ut religionis ac justitiæ causam fortiter propugnemus, et civilem Romanæ Ecclesiæ principatum, ejusque temporales possessiones ac jura, quæ ad universum catholicum orbem pertinent, integra, et inviolata constanter tueamur et servemus, nec non justæ aliorum Principum causæ prospiciamus. Ac divino Illius auxilio freti qui dixit *in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum* (Joan. c. 16, v. 33), et *beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam* (Matth. c. 5. v. 10), parati sumus illustria Prædecessorum Nostrorum vestigia persequi, exempla æmulari, et aspera quæque et acerba perpeti, ac vel ipsam animam ponere, antequam Dei, Ecclesiæ ac justitiæ causam ullo modo deseramus. Sed vel facile con-jicere potestis, Venerabiles Fratres, quam acerbo conficiamur dolore videntes quo teterrimo sane bello sanctissima nostra religio maximo cum animarum detrimento vexetur, quibusque maximis turbinibus Ecclesia et hæc Sancta Sedes jactentur. Atque etiam facile intelligitis quam vehementer angamur probe noscentes quantum sit animarum discrimen in illis perturbatis Nostris provinciis, ubi pestiferis præsertim scriptis in vulgus editis pietas, religio, fides, morumque honestas in dies miserrime labefaciatur. Vos igitur, Venerabiles Fratres, qui in sollicitudinis Nostræ partem vocati estis, quique tanta fide, constantia ac virtute ad Re-

ligionis, Ecclesiae et hujus Apostolicae Sedis causam propugnandam exarsistis, pergite majore animo studioque eandem causam defendere, ac fideles curae vestrae concreditos quotidie magis inflammate, ut sub vestro ductu omnem eorum operam, studia, consilia in catholicae Ecclesiae et hujus Sanctae Sedis defensione, atque in tuendo civili ejusdem Sedis principatu, Beatique Petri patrimonio, cujus tutela ad omnes catholicos pertinet, impendere nunquam desinant. Atque illud praesertim a Vobis etiam atque etiam exposcimus, Venerabiles Fratres, ut una Nobiscum fervidissimas Deo Optimo Maximo preces sine intermissione cum fidelibus curae vestrae commissis adhibere velitis, ut imperet ventis et mari, ac praesentissimo suo auxilio adsit Nobis, adsit Ecclesia suae, atque exurgat et judicet causam suam, utque caelesti sua gratia omnes Ecclesiae et hujus Apostolicae Sedis hostes propitius illustrare, eosque omnipotenti sua virtute ad veritatis, justitiae, salutisque semitas reducere dignetur. Et quo facilius Deus exoratus inclinet aurem suam ad Nostras, vestras, omniumque fidelium preces, petamus in primis, Venerabiles Fratres, suffragia Immaculae Sanctissimaeque Dei Genitricis Virginis Mariae, quae amantissima nostrum omnium est mater et spes fidissima, ac praesens Ecclesiae tutela et columen, et cujus patrocinio nihil apud Deum validius. Imploremus quoque suffragia tum Beatissimi Apostolorum Principis, quem Christus Dominus Ecclesiae suae petram constituit adversus quam portae inferi praevalere nunquam poterunt, tum coapostoli ejus Pauli, omniumque Sanctorum Coelitem, qui cum Christo regnant in caelis. Nihil dubitamus, Venerabiles Fratres, quin pro eximia vestra religione ac sacerdotali zelo, quo summopere praestatis, Nostris hisce votis postulationibusque studiosissime obsequi velitis.

Atque interim flagrantissimæ Nostræ in Vos caritatis pignus Apostolicam Benedictionem ex intimo corde profectam, et cum omnis veræ felicitatis voto conjunctam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque fidelibus cujusque vestrum vigilantia commissis peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 19 Januarii Anno 1860.

Pontificatus Nostri Anno Decimo quarto.

---

ADMINISTRACION ECONOMICA DE ESTA DIOCESIS.

ANUNCIOS.

1.º La Ordenacion general de pagos del Ministerio de Gracia y Justicia ha reclamado de esta Administracion los testimonios de testamentos que acrediten la cualidad de heredero ó testamentario de los individuos que en representacion de sus causantes han otorgado las correspondientes autorizaciones á personas de su confianza para prestar conformidad á las liquidaciones de haberes atrasados del personal del clero de esta Diócesis y recoger los títulos que se expidan por la Direccion general de la deuda pública. En su consecuencia es indispensable que á la mayor brevedad presenten en esta Administracion los señores que se espresan á continuacion un testimonio autorizado por Escribano público en papel del sello tercero que comprenda la cabeza, pie y cláusula del testamento, que contenga la institucion de heredero ó nombramiento de testamentario. Sin llenar esta formalidad no pueden despacharse en la referida Ordenacion ni cursarse á la Direccion de la deuda las mencionadas autorizaciones.



*Individuos á que se refiere el anterior anuncio.*

D. Lorenzo Sanchez Alonso, Párroco de Tejada, debe presentar el testimonio de testamentario de Don Miguel Sanchez.

D. Juan Manuel Alvarez, Párroco de Villarino, el de D. Juan Santos de Celis y D. Mateo Luis.

D. Andrés García Cortina, Párroco de Parada de Rubiales, el de D. Atanasio Cigurano.

D. Agustin Tabernero, Párroco de Navarredonda, el de D. Juan Hernandez Barjacoba, y

D. Juan Manuel Real, Párroco de Aldeatejada, el de D. Francisco Rodriguez.

2.º Se previene á los partícipes del presupuesto eclesiástico de esta Diócesis que se halla dada la órden al Habilitado general de los mismos para que reintegre en la Tesorería de Hacienda pública de esta Provincia los haberes que no hayan sido cobrados á los veinte dias de abrirse el pago de cada mensualidad, en cumplimiento de lo mandado por la Instrucion del ramo, y para que no sufran entorpecimiento las operaciones de contabilidad de esta administracion.

Salamanca 1.º de Marzo de 1860.—El Administrador económico, *Pedro Rodrigo Yusto.*



## AVISOS.

1.º La conferencia moral que debia tener lugar el dia 15 del corriente mes, se suspende en consideracion á las ocupaciones propias del Santo tiempo de Cuaresma y se verificará el 26 de Abril.

2.º En 6 de Febrero falleció D. Rafael Lopez, Párroco de Aldeaseca de la Frontera, y en 15 del

mismo mes el Lic. D. Gabriel Galaché, Párroco de Canillas de Abajo y Arcipreste de Tavera. Roguemos á Dios por el eterno descanso de sus almas.

3.º Han sido nombrados Ecónomo de Aldeaseca de la Frontera D. Ignacio Sayagués Franco, Teniente de Majuges D. Joaquin Cid Repila, y Arcipreste interino de Tavera D. Juan Corbo, Párroco de Garcirrey.

4.º Han sido despachadas las cuentas de fábrica siguientes:

Sto. Tomás Cantuariense,	San Blas de id.
Parada de Rubiales.	Amatos de Alba.
Santiago de Salamanca,	Torres (las.)
Cabeza de Diego Gomez.	Santiago de Alba.
Santa Eulalia.	Santiago de la Puebal.
San Mateo.	Morinigo.
Santísima Trinidad.	San Boal.
Castellanos de Viiliquera.	Vecinos.
San Pablo de Salamanca.	Alberguería.
Aldaedávila.	Buenamadre.
Miranda de Azan.	Porteros.
Villamayor.	Aldeanueva de Figueroa.
Zafrón.	Golpejas.
Aldeanueva de la Sierra.	Aldearrubia.
Arapiles.	Villagonzalo.
Navagallega.	S. Martin de Salamanca.
Villarmuerto.	Cilleros de la Bastida.
Mata de Ledesma.	Gejuelo del Barro.
San Juan de Alba.	San Pedro de Alba.
Tejares.	Gomecello.
Valverde de Gonzaliañez.	S. Marcos de Salamanca.
Chagarcía.	S. Bartolomé de id.
S. Roman de Salamenca.	Valdecarros.

5.º Los Señores Párrocos y Ecónomos pueden

desde luego remitir para su encuadernacion los números del Boletín eclesiástico correspondiente á 1859 á la Imprenta y Librería de D. Telesforo Oliva, donde se halla ya impreso el Índice de materias y portada que ha de unirse.

*Lic. D. Manuel Quiroga.*

---

## VARIEDADES.

---

### EL PAPA Y EL CONGRESO.

---

#### RAZONES DEL DERECHO DEL PODER TEMPORAL

DE LOS SUMOS PONTÍFICES.

(CONTINUACION.)

Este solo hecho, tan notorio de por sí, debería bastar para abrir los ojos á todos los buenos católicos y persuadirles del gran bien que la Iglesia reporta de aquel poder temporal. De seguro los hijos de las tinieblas no le embestirían tan rudamente, si no le creyesen el mas importante entre los medios humanos para el decoro y custodia de la iglesia de Jesucristo: conocen muy bien que en cuanto destruyeran este medio, la iglesia quedaria, no aniquilada, pues las fuerzas infernales nada podrán jamás contra la promesa inefable de Jesucristo, pero si tan ligada y perturbada en su accion, que poco ó nada podian estorbar las maniobras de sus enemigos. Por esto la guerra contra el catolicismo, que, segun los tiempos, ha tomado diversas formas, se muestra en los actuales casi

exclusivamente bajo el aspecto de aversion y ataques incesantes al poder temporal de los Papas. Pero el odio realmente es á Dios y á su Iglesia, por mas que se disfrace con este ó el otro especioso pretesto. Deber es por tanto de quien emplea su pluma en defender la verdad y la religion, no olvidar ese tema, como no le olvidan nunca los enemigos de la una y de la otra para confundir los entendimientos y pervertir los corazones.

I.

*La autoridad temporal de los Papas es una exigencia del catolicismo.*

El Papa no ha sido erigido por Dios en jefe universal de la comunión cristiana, únicamente para *rezar* y *bendecir*, como ha osado estamparlo un escritor tan impio como necio, sino que ha sido puesto en la Sede suprema del ministerio apostólico para ejercer el cargo de apacentar, de regir y gobernar toda la grey de Jesucristo, que es la Iglesia universal. En él, como en su centro comun, debe concentrarse y recogerse la cura de las iglesias particulares; de él, como de supremo maestro y ordenador del cristianismo, debe partir la luz que ilumine las mentes para las creencias de los dogmas, y la acción que mueva eficazmente las voluntades para la práctica de la ley evangélica. Importa mucho, por consiguiente, que la persona del Pontífice tenga una absoluta independencia de todos y de cada uno de los diversos poderes políticos de la tierra. Y como en la sociedad no haya mas estados posibles, que el de súbdito ó el de soberanos conviene que el Pontífice, no debiendo ser súbdito, sea Soberano, y Soberano en tal manera, que esta su soberanía corresponda al fin para que fué establecida, el cual no es otro, que hacerlo independiente de toda

presión ó ingerencia de ninguna p<sup>o</sup>testad terrena. Por esto es cabalmente necesario que el Pontífice tenga verdadero y absoluto dominio en el lugar de su residencia, con bastante radio del territorio, para que esté á cubierto de la violencia de poderosos vecinos, y de la necesidad de pedir subsidios pecuniarios á los gobiernos seculares. Esto aparece evidente; ora consideremos la accion del ministerio Papal, segun el principio de que procede, ora del fin en que se termina. El principio es la autoridad espiritual; el término es el gran cuerpo de los fieles diseminados en varios Estados y regiones del universo.

En cuanto al primer concepto, para que la autoridad espiritual pueda ser libremente ejercida en la esfera de nniversalidad propia del cabeza de la Iglesia, es preciso que el sugeto en quien reside no se mueva por impulso de ninguna fuerza estraña que cohiba, ni su propia voluntad, ni el organismo que le es conexo. De lo contrario, el principio espiritual, al exteriorizarse, no obrará por su propia razon, sino que á cada instante podrá tropezar con obstáculos que disminuyan, y hasta que impidan su accion enteramente.

Ahora bien, si ha de estar exento de toda fuerza estraña es evidente que ha de gozar de independencia politica y por tanto de una verdadera soberania temporal, bastante extensa para no necesitar de subvenciones de otros soberanos. Un Papa, subdito ó circunscrito en su autoridad ó asalariado, en parte al menos, por gobiernos laicales, podria verse, sino forzado á hablar, obligado por lo menos á callar; y aun cuando se le ponga bastante fortaleza de ánimo para superar la violencia, siempre su voz podria ser sofocada é impedida de resonar públicamente. Agréguese á esto que el Papa no rige la Iglesia por si solo, sino que necesita de un senado cardenalicio, de congrega-

ciones y otros institutos necesarios para el gobierno de la Iglesia; ¿y cómo habian de estar libres y prontos todos estos institutos para obedecer al impulso del Pontífice, si este no fuese independiente de toda otra potestad extraña que pudiera en cualquier modo violentarle?

Diráse á esto, ¿pues qué sucedió á la Iglesia en los primeros siglos cuando no poseia ni aun sombra de dominio temporal?

En los tres primeros siglos, la Iglesia, responderemos, estuvo en condicion de perseguida, no de libre en su propagacion; sus Pontífices conservaron, es verdad, la independencía, pero á precio del martirio. ¿Y querriais volver á poner á la Iglesia la misma condicion? Ciertamente tal es el impio afan de algunos; pero cualquiera que no odie á Jesucristo, debe horrorizarse ante idea tan nefanda. Así que se convirtieron los Emperadores, el Pontífice romano comenzó desde muy luego á ganar autoridad civil en Roma, por mas que su independencía política no se consolidó: pero estuvo incesantemente expuesto á los atentados de la potestad secular. Llenas estan las historias eclesiásticas de los ejemplos de opresion ejercida en aquel tiempo contra los Papas, por los ministros imperiales: y aun algunos Papas hubo mártires, ó amenazados de martirio, por Emperadores que se apellidaban religiosos. Por consiguiente, la objecion no solo nada prueba, sino que prueba lo contrario, porque prueba el absurdo de que el Papa dependa políticamente de un Soberano, aun en el caso de estar el universo entero sujeto al poder de un solo Príncipe.

¿Pero los Obispos particulares, se nos replicará, no son tambien dispensadores de los misterios divinos, sin que por eso dejen de vivir como súbditos del Estado en que residan? Respondemos, que este ejem-

plo no hace aquí al caso, y aunque fuese oportuno, probaria lo contrario de lo que con él se quiere probar. En primer lugar, no hace al caso, porque una cosa es un prelado particular que nada tiene que ver sino con hombres de un territorio determinado, sujetos á las mismas leyes, dependientes de un solo Soberano, é identificados en intereses; y otra cosa es el Prelado universal que ha de ejercer su ministerio en todo el orbe, para con personas y Estados diversos, regidos por diversas leyes, y diversas formas de gobierno, y no solamente celosos á veces unos de otros y en abierta pugna de intereses, sino aun haciéndose mutuamente la guerra. Una cosa es un Obispo subalterno, á quien ya se supone bajo el influjo y direccion del Papa, libre é independiente, y otra cosa es el Papa mismo, es decir, el Obispo Supremo, cuya dependencia política no podrá ser contrastada por la independencía de ningun otro superior en gerarquia eclesiástica. Una vez supuesta la dependencia política del Papa, estaria por tierra toda la autoridad eclesiástica, y en breve se convertiria en esclava y servil instrumento del poder político. Por eso hemos dicho, que la objecion prueba lo contrario de lo que quiere probar; porque no cabiendo en lo posible, que sean politicamente independientes todos los Obispos del universo, importa que al ménos lo sea el augusto Jefe comun de todos, para que con su libre autoridad pueda garantizar y defender la libertad de todos, y suplir á lo que cualquiera de ellos pudiese faltar de libertad. Cuando el Pastor universal de la Iglesia es libre, en esta misma libertad tienen las potestades seculares un freno para no vejar á los pastores particulares, ó cuando ménos, habrá siempre en la Iglesia una voz libre que desde la cima de la Sede Apostólica se levante á

condenar los excesos de la tiranía, y anular siquiera, solo sea moralmente, sus efectos. Pero nada de esto es posible, si el mismo Pastor universal se hace súbdito de una potestad secular cualquiera. Por eso es tan ciertísimo el dicho de algunos sabios, cuando dicen, que toda la libertad de la Iglesia católica está concentrada en la independencia política del Sumo Pontífice, y que en el instante de ser esta destruida, quedaría vacilante la libertad de la Iglesia entera, y por consecuencia la libertad del mundo,

*Se continuará.*

---

### CULTOS EN ESTA CIUDAD.

---

Los alumnos del Seminario Conciliar celebran el día 7 la festividad de Santo Tomás de Aquino, con la misma pompa y solemnidad que en el año anterior.

En la Santa Iglesia Catedral predicarán los oradores siguientes:

- Domingo de Pasión, El Sr. Canónigo Lectoral.
- Viernes 30 de Marzo. El Sr. Canónigo Magistral.
- Domingo de Ramos. El Sr. Chantre.
- Jueves Santo, del mandato. D. Fernando Iglesias.
- Viernes Santo á las 7 de la mañana, de Pasión. D. Pedro Sanchez.
- Lunes de Pascua. Dr. D. Alejandro de la Torre Velez.